

V. R. Illustris, Summe Reverende, Magnifice atq; Excellentissime,
 Domine, Patrone et in Christo Iesu Pater filiali obsequio
 colende atq; observande,

Uamprimum V. Magnific^a Carmen numeris omnibus absolutissimum, quo B. Loceri mei
 memoriam aeternitati consecratam intellexi, una cum epistola amantissime scripta mihi
 fuit redditum, tandemquam expectandum esse tempus arbitratus sum, quo impressa demum
 Concione utraq; memoriali manibus Emittorum istud insinuaretur, quin potius id ipsum typographo
 confestim exhibui, cuius opera eam illud faciem obtinuit, quam Magnific^a V. sic reprae-
 sento. Gratias vero humillimas egregia hae V. Magnific^a benevolentia ut exposcit,
 sic devota ego mente has nunc persolvo, Deum precatur, ut non nisi post sero admodum
 annos Magnific^a V. simile pietatis genus exhibere posteritas nostra necesse habeat.
 Meam interim tenuitatem de meliori commendatam cupiens solum haec abrumpo, ne
 inconcinna scriptione negotia saluti Ecclesiae impendenda praeferrem turbare
 velle videar. Valeat V. Magnific^a ex voto

Scrib. Lipsia,
 27. Junii, 1708.

devotissimi Cultoris
 H. Rippingii.